

h̄i Ṣopt̄ Est ablativus, quem efficit procedens præpositio
h̄i ab. à Patre. Itaque totum hoc compositum hunc
sensum exprimit: Credimus Spiritum Sanctum Non
genitum, sed procedentem à Patre; quæri
igitur circa hæc verba à non nemine posset: cur Spiritus
Sanctus Non genitus dicatur, sed Procedens à Patre?
Brevis hic respondeo, verbaque Gregorij Maricensis
Episcopi refero: Spiritus S. inquit, est spiratio à Patre
ineffabiliter, non uti Filius generatione, sed processione
ex essentia illius: juxta illud, | Joan. 15. 26. | Spiritus veri-
tatis, qui à Patre procedit. Sic quoque Clajensis Patriarchæ
Spiritus Sanctus est processio à Patre. Et tandem Lampro-
nensis Episcopus. Spiritus S. est processio à Patre ad instar
fontis, sibi soli per scrutabile exemplum, et creaturis incogno-
scibile. Verum quidquid demum dicatur de hac satis specu-